



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones
Lectissimorum Casuum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

P

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

talis actio non est dispensatio meritorum Christi, ut est administratio Sacramentum. Vasquez & alij 6. Idem à fortiori dicendum de exercitio minorum Ordinum, quia probabile est hos non esse Sacramenta. Cabrera. *ibid.* ref. 195. & 196.

21 Clerici sacris Ordinibus initiati peccant mortaliter, si per contumaciam, aut contemptum non deferant habitum, & tonsuram; neque debent unquam incedere, quin aliquà notâ internosci possint à laicis. Villalob. & Caiet. Secus est de iis qui in minoribus solum Ordinibus sunt. Sorus & alij 3. *ibid.* ref. 183. & p. 5. tr. 5. ref. 60.

Vide *Suspensio.*

P

P A S T O R

sive Parochus.

1 **P**arochus in suâ Parochiâ residens, sed per alium administrans Sacramenta sine necessitate, peccat mortaliter, & tenetur ad fructuum restitutionem; quia adesse inutiliter, idem est quod

quod
minis
mina
cius
2 P
ciona
suâ
lench
tr. 7
3 P
dire
se, ve
ter p
tis, at
pecca
ue al
bent
etian
quan
nem
4 P
valic
alij 6
tad.,
cedit
5 Par
ad a
fo se
mun

quod abesse. Non tenentur tamen administrare Sacramenta noctu, nisi nominatim, & instanter flagitentur. Saneius & alij. p. 3. tr. 4. ref. 156.

2 Parochus non tenetur per se concionari, modò efficiat vt in parochiâ suâ non desint concionatores. Trullench. etsi contrâ sentiat Bonacin. p. 6. tr. 7. ref. 13.

3 Probabile est Parochum teneri audire confessiones subditorum vel per se, vel per alium, quoties id rationabiliter petunt, siue ratione festi occurrentis, aut indulgentiarum, siue quia habent peccata quæ conscientiam grauant, siue aliam ob causam: quia subditi habent ius petendi. Vasquez & alij 4. Etsi etiam probabile sit non teneri, nisi quando ipsi obligantur ad confessionem. Reginald. & alij 4. p. 2. tr. 16. ref. 2.

4 Parochus excomm. non-toleratus validè assistit matrimonio. (Pontius & alij 6.) imò & licitè. (Sanchez & Hurtad.) & licentiam assistendi alteri concedit. p. 5. tr. 9. ref. 78. 79 & 80.

5 Parochus credens noctu, se vocandū ad agrū, non peccat mortaliter, secluso scandalo, si sacrum oleum secum domum deferat. Barbosa. p. 5. tr. 3. ref. 91.

Paupertas.

1. **C**om mendatarij D. Iacobi Alcantara, &c. possunt de redditibus suis Ecclesiasticis pro libitu disponere, sicut de patrimonialibus, non obstante voto paupertatis. Sanch. & Hurtad. p. 5. tr. 14. ref. 94. Ceteri verò omnes Religiosi possunt etiam post Concilium Trident. habere pecuniam à Superioribus concessam ad vsus licitos & honestos, dependenter à Superiorum voluntate. Sanch. & alij 12. p. 1. tr. 6. ref. 31.

2. Ea quantitas quæ sufficit in secularibus ad constituendam materiam peccati mortalis furti, videtur etiam sufficere ad peccatum mortale, si Religiosus eam vsurpet de bonis monasterij sine licentiâ Superioris. Molin. & alij 4. sed probabilius est requiri quatuor argenteos, (Sanchez & Io. de la Cruz.) licet aliqui duos aureos ponant. Rodriq. Sotus, Aragon. Alij verò Religiosos hinc cum filiis-familias putant comparandos, ac propterea maiorem in iis summam requiri, quàm in secularibus v. g. ad 8. vel 9. argenteos, sive regales. Ledesm. & Cened. sed quidam vniuersim requirunt vnum aureum, in

regio
bund
ref. 36
3 R
piens
riori
neuu
furga
& ef
ter il
ris in
dimi
vel in
diues
cere
itatu
quò
aliis
euler
Sanc
nibu
p. 1. r
4 R
ris f
rij p
iis ig
quat
talit
Reli

regionibus vbi magna est pecuniæ abundantia, vt est in his. VViggers. *ibid.* ref. 36. & p. 6. rr. 6. ref. 58.

3 Religiosus paulatim modica accipiens de rebus monasterij sine Superioris licentiâ, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem: plura enim illa furta, licet modica, coalescunt in vnum & efficiunt materiam grauem. 1. Si inter illa furta non est magnum temporis interuallum v.g. vnus mensis, vel dimid. j. 2. Si fiunt animo ditescendi, vel in eodem genere rerum; nam si in diuersis rebus fiunt, non censentur facere vnum. 3. Si faciunt magnam quantitatem: nam eò damnum est minus quò in plures diuiditur. 4. Si fiunt in aliis rebus quàm in esculentis, aut poculentis, hæc enim non continuantur. Sanchez & alij. Imò generatim de omnibus aliis id docent Granad. & alij 5. p. 1. rr. 6. ref. 34.

4 Religiosus qui sine licentiâ Superioris solet sumere aliqua bona Monasterij pertinentia ad cibum, & potum, vt ñs ipse vtatur actualiter, in paruâ tamē quantitate, non videtur peccare mortaliter, et si Prælati id displiceat: quia Religiosi quoad vsum harum rerum

tractantur vt filij. Suarez *ibid. ref. 30.*

5 Religiosus cum licentiâ tacitâ clam accipiens, vel dans aliquid, non peccat mortaliter, quia licentiâ tacita impedit transgressionem voti, etiam si possit expressa licentiâ postulari. Suar. & alij. Hinc patet Religiosum non violare votum paupertatis, qui Superiore cubiculo visitante aliquid abscondit, non metu illius amittendi, sed pudore, & verecundiâ, quia scit modum clam accipiendi Superiori displicere. Sanchez & alij 4. *ibid. ref. 31. & p. 6. tr. 6. ref. 58.*

6 Religiosus sumens aliquid ex loco publico, vt eo vtatur ad aliquot dies, animo illud in eundem locum referendi, non peccat contra paupertatem. Azor. & alij 2. *p. 1. tr. 6. ref. 40.*

7 Religiosus potest saluâ paupertate aliquid ab amico accipere sine licentiâ, animo petendi licentiâ antequam eo vtatur, modo dominium illius rei interim maneat apud dantem, & Religiosus nomine illius, depositam habeat. Sanch. & Faust. *ibid. ref. 42.*

8 Non repugnat voto paupertatis, si Religiosus sine licentiâ, petat ab amico vt deponat pecunias apud aliquem, quarum dominium maneat penes deponen-

ponentem, cum liberâ reuocandi depofiti facultate; & folùm habeat voluntatem habendi pecunias ad manum, ex quibus accipiat cùm indiguerit, de licentiâ Superioris. Idem dicendum, fi Religiofus eas pecunias apud fe feruet in depositum. Sanchez & Faufi. *ibid.* ref. 43.

9 Si Monialis vel Religiofus accipiat à parentibus, vel aliis pecunias fine licentiâ Superioris, vt de illis liberè difponat in eleemofynas, eius nomine qui dedit, non peccat contra votum paupertatis, neque contra Bullam, quia nõ donat vt proprietarius fed difpenfat vt minifter. Sanch & alij 2. *ibi.* ref. 10 & 29.

10 Religiofus accipiens ab amico prædium, aut alia comestibilia exigui valoris, non violat votum paupertatis: habet enim licentiâ à Prælato interpretatiuam. La Cruz & Lopez: qui exemplum ponit, elefuariorum bina vafcula, vel par perdicum, aut gallinarum, vel quid fimile. *ibid.* ref. 41.

11 Religiofus qui in fcio Superiore, acceptis à pœnitentibus nummis libros emit, dummodò habeat illos in cubiculo palàm expositos, non violat paupertatem: quia quidquid hoc pacto

Religiosus possidet, subiicit Prælatorum voluntati. Azor. & alij 4. *ib. ref.* 26.

12 Religiosus commodans alteri aliquid ex his rebus quæ sibi ad usum cōceduntur, (etiam pecunias. Ledesm.) non facit contra votum paupertatis, si certus est de restitutione illius. Sanchez & alij 4. Idem dicendum de permutatione etiam cum secularibus, modò ea quæ permutantur, non sint deteriora. Ledesm. & alij 4 *ibid. ref.* 37. & 38.

13 Potest Religiosus dare alteri eiusdem Monasterij, vel etiam Religionis munuscula quædam ad 10. vel 12 argenteos, sine vitio proprietatis, aut violatione voti paupertatis. Sicut & res comestibiles, cum licentiâ Prælati acceptæ, possunt dispensari in externos, etiam in magnâ quantitate, non obstante quòd sint magni pretij: quia in istis semper præsumitur licentia Prælati. Ita Ledesma & Peyrinus: sed an in omnibus probabiliter, alij iudicent. *ib. ref.* 39.

14 Potest Religiosus sine veniâ Prælati liberè disponere de suâ ratione siue pitansîâ quæ limitatè præbetur, vt caro, oua, &c. non verò de illâ quæ præbetur sine taxâ, vt panis, & vinum: quia cum rerum vnico actu consumptibilium

nam dominium non distinguatur ab usu (vt ait Ioannes XXI. in *Extravag. Ad conditorem.*) eo ipso quo Religioso earum rerum conceditur usus, habet etiam dominium. Syluester & alij 4. *ibid* ref. 28.

15 Potest Superior dare licentiam Religioso vt maneat extra claustrum, ad subueniendum parentibus in graui necessitate constitutis: sed ipse non potest id facere de bonis monasterij sibi in usum concessis, absque licentiâ. Portel. p. 3. tr. 2. ref. 90.

16 Abbatisa potest concedere Monialibus eandem licentiam donandi quâ potest Prælatus suis Religiosis. Imò potest Abbatisa concedere Monialibus licentiam habendi peculium, quando potest Superior Religionis illam concedere, & facultatem conuertendi in proprios usus, ea quæ propriis operibus acquirunt. Sanchez p. 1. tr. 6. ref. 12.

17 Potest fieri legatum Religioso, eâ conditione, vt nihil monasterio acquiratur, non tamen vt illud habeat independentem à Prælati voluntate. Homobon. & alij 3. p. 3. tr. 2. ref. 34.

18 Licitum est legatum annuum Fratribus Minoribus relictum pro infirmis,
pro

pro fabricâ templi, ornamentis Ecclesiæ, & emendis libris. Item quodlibet aliud legatum annuum, quod non attingat spatium decem annorum: nam illud tempus est modicum. Imò sunt capaces legati relictî ad vitam alicuius Fratris Minoris, quia non est legatum annuum perpetuum. Sanchez & alij. *ibid* ref. 33.

19 Si Religiosus mortuus reperitur habere in cellâ peculium, non est propterea priuandus Ecclesiasticâ sepulturâ: potest enim illud habere vel in depositum, vel vt alteri restituat, vel alio modo. Villalob. & alij 3. *part.* 4. *tract.* 4. *ref.* 23.

Circa Bullam Clementis VIII. de largitione munerum.

20 **M**ilites D. Iacobi, Alcantaræ, &c. non includuntur in hac Bullâ: nam expressè Pontifex illos excludit; vnde colligitur eos esse verè, & propriè Religiosos. Sanch. & alij. *p.* 1 *tr.* 6. *ref.* 23.

21 Nouitij non includuntur in hac Bullâ sub nomine Religiosorû. Filliuc. & alij 2. *ibid.* *ref.* 27.

22 Huius Bullæ duo sunt fines præcipui, nempe ne bona Monasterij dilapidentur, & ne detur ambitionis occasio. Granad. & alij 2. *ibid. ref. 12.*

23 Hæc Bulla non videtur usu recepta quoad pœnas, quæ in illâ continentur, neque legitur quotannis in Capitulis monasteriorum. Homobon. & alij. Neque edita est ad nouam obligationem inducendam, sed ad ius commune restituendum. Valerus & alij. *ibid. ref. 1. & 2.*

24 Si in aliquo casu Religiosus nec dissiparet bona Religionis, nec vlla foret ambitionis occasio, largiendo munera non incurreret in pœnas Bullæ: quia cessante ratione, & fine legis, cessat obligatio legis. Granad. & alij 6. *ibi. resol. 33.*

25 Nomine donationum in eâ Bullâ non veniunt partus intellectus, vt conciones, lectiones, & eiusmodi scripta: nam illa semper à Religiosis deferri possunt, etiam cum ad aliam religionem transeunt, idque sine licentiâ Prælati. Valer. & alij 2. *ibid. ref. 25.*

26 Determinatio quantitatis in muneribus dandis spectat ad Superiores, qui præcipuè hîc attendent conditionem

nem

nem dantis & accipientis, causas ob
quas datur munus, vtilitatem quæ ex
illo redire potest, & facultatem Mona-
sterij. Valer. & alij. *ibid.* ref. 3 & 4.

17 Si Religiosus sine licentiâ Superio-
ris det munusculum duorum aureo-
rum, peccatū quidem furti admittet,
non tamen incurret in pœnas Bullæ.
Filliucius & alij. 2. *ibid.* ref. 5.

18 Si Monialis, seu Religiosus de licen-
tiâ Prælati faciat amico, aut cognato
corporalia, aut p̄cturam, &c. non in-
curret in pœnas Bullæ, etiamsi illa sint
magni valoris, quando ad illa faciendâ
suppeditantur ab amico omnia neces-
saria: vel cū Prælati dat licentiam
vt fiant pro tali amico, & suppediten-
tur necessaria de rebus Monasterij;
modò tamen ea quæ dantur de Mona-
sterio, non sint magni valoris; quia tūc
non agitur de alienandâ, seu donandâ
re quæ sit Monasterij, sed tantū de
non acquirendâ, quo in casu Prælati
potest præiudicare monasterio. Bona-
cin. & alij. 2. *ibid.* ref. 6.

19 Esculenta & poculenta, quæ Bulla
dari concedit à Religiosis, intelligenda
sunt ea quæ paucis diebus consumi
possunt. Bonacin. & alij. 2. *ibid.* ref. 13.

30 C
possi
cipiat
bilis
tamē
rius g
31 M
seu P
fessat
tum.
32 I
scope
habit
cuius
cede
que
tute
33
bi ac
sis, p
do,
rior
mul
frat
suu
34
mu
nul
in

30 Casus in Bullâ excepti extendi possunt ad alios similes; quare licet excipiat tantum leuia quædam comestibilia, & ad deuotionem pertinentia; tamē possunt etiā dari leuiuscula alterius generis. Filliuc. & La Cruz. *ib. ref. 7.*

31 Moniales cum licentiâ Abbatissæ seu Prælati, possunt aliquid dare Confessario ultra iustum pretium assignatum. Scortia & alij 2. *ibid. ref. 17.*

32 Potest Abbatissâ aliquid dare Episcopo ob benedictionem, susceptionem habitus, aut professionem Monialis alicuius, non quidem vt pretium, aut mercedem; sed in remunerationem: neque enim mens Papæ fuit tollere virtutem gratitudinis. Valer. *ibid. ref. 24.*

33 Religiosus de annuis redditibus sibi ad suum usum à Superiore concessis, potest aliis donare parcius viuendo, cum licentiâ saltem tacitâ Superioris: hæc enim donatio, non affert multum damni monasterio, quia non fraudat monasterium, sed genium suum. Valerius & alij 3. *ibid. ref. 19.*

34 Religiosus qui alteri Religioso dat munus, cum tacita licentiâ Superioris, nullo ambitionis intuitu, non incurrit in pœnas Bullæ. Valer. Quo casu etiam
quando

quando inter se largiuntur de rebus minimis, non est necesse habere licentiam in scripto, vt Bulla requirit, sed sufficit verbalis, imò & tacita. Neque necesse est eam haberi singulis vicibus, sed sufficit generalis semel pro semper. Valer. & alij. *ibid. ref. 18. 20. & 21.*

35 Regulares largientes aliquod donum in remunerationem, non contraveniunt Bullæ: quia remuneratio non est donatio gratuita. Bonacin. & alij 9. Hæc autem remuneratio licet excedat beneficia accepta in quartâ parte, non est contra Bullam: quia gratitudo id postulat. Barbof. & alij. *ibid. ref. 15. & 16.*

36 Religiosi excipientes externum Hospitem non occasione transitus, aut deuotionis, sed recreationis causâ, non incidunt in pœnas Bullæ. Sofa. *ibid. resol. 14.*

37 Monialis, vel Regularis dans elemosynam, non peccat in Bullam quæ prohibet tantum largitionem munerum. Vnde nec prohibet sumptus qui fiunt diebus solemnibus in musicam, in sustentationem concionatoris, & eorum qui altari ministrant; hæc enim omnia pertinent ad commodum monasterij. Sofa & Riccius. *ibid. ref. 11.*

38 F
det a
nequ
tis, ne
ponit
& ali
39
tenti
pro
lam:
Supe
ex el
tra
ibid.

11 N
c
prin
de p
de c
grat
tr. 4
2
fert
ris:
nis.
3
bili

38 Religiosus qui rogat amicum, ut det alteri suo nomine aliquod munus, neque peccat contra votum paupertatis, neque contra Bullam. Quia non disponit de re aliquâ monasterij. Suarez & alij 16. *ibid.* ref. 8.

39 Religiosus celebrans Missas ad intentionem amici, quem scit stipendium pro aliis accipere, non peccat in Bullam: non potest tamen de solâ licentiâ Superioris donare ea quæ acquisiuit ex eleemosynis Missarum, quas ipsi intra annum Religio concedit. Sosa. *ibid.* ref. 9.

Peccatum.

1 IN iactantiâ de peccato mortali species peccati non est necessariò exprimenda, quando ipsa est sine gaudio de peccato commisso. Idem dicendum de contumeliis quæ honorem proximi grauitè lædunt. Nauar. & Castro P. p. 3. tr. 4. ref. 161. & p. 4. tr. 4. ref. 44.

2 Cùm de facto iniuriâ ab altero infertur, potest quis respondere; *mentis*: hoc enim tunc solùm est defensionis. Hurt & alij 9 p. 6. tr. 6. ref. 16.

3 Quando procuratur causa culpabilis omissionis (ut si Clericus in diu-

H h

turnâ

turnâ nauigatione abiiciat Breuiarium) sufficit in confessione exprimere causam omissionis ; ipsa enim omisso non censetur voluntaria, nisi in causâ. Idem dicendum de homicidio ex ebrietate, de pollutione in somno secutâ, ex causâ culpabili. Vasquez & Bonacin. p. 1. tr. 7. ref. 64. & p. 3 tr. 4. ref. 67.

4 Aliquando conuersari cum Iudæis, vt in conuiuio, in balneo, &c. non est nisi veniale, modò absit periculum subuersionis: aliud esset de magnâ familiaritate, vel de cohabitatione, famulatu, aut permissione iurisdictionis. Sanchez & Hurtad. p. 5. tr. 13. ref. 11.

5 Christiani remigantes in triremibus Turearum, non peccant mortaliter, neque incuriunt excomm. quia illorum cooperatio ad damnum rei Christianæ, est tantum materialis; & etiam si ipsi nollent, non deessent tamen alij qui hoc facerent. At si res sit eo loco, vt nisi ipsi adiuuent, res Christiana sit imminenti periculo eripienda: tunc bonum Reipubl. Christianæ erit propriæ vitæ anteponendum. Vasquez & alij 14. aliàs quando metu mortis, aut amissionis membri coguntur, non peccant, etsi deuaſtent, &

& diripiant bona Christianorum; quia ille usus honorum tunc necessarius est ut effugiant extremam necessitatem. Molin. & Castro Pal. Excipe tamen nisi dominus illorum bonorum esset in simili necessitate. Hurtad. p. 3. tr. 5. res. 36. & p. 5. tr. 7. res. 30.

6. In subministracione rerum indifferentium que proximè ad peccatum ordinantur, non excusat à peccato quòd certò scias alium paratum ad peccandum, & inuenturum alium qui easdem res suppeditet. Talia sunt ad mouere scalas, vel humeris sustinere volentem furari, aut fornicari. Sanchez & Bonacin. p. 5. tr. 7. res. 38.

7. Famulim instigante dominis carnes in die ieiunij non peccant; quia solum funguntur suo munere quod alijs diebus obire solent. Azor. & alij 3. *ibid.* res. 13.

8. Potest quis vendere idolum infideli, aut Iudæis in synagogâ ædificandâ operam suam locare, si prematur inopiâ; quia non cooperatur peccato nisi materialiter. Tanner. p. 3. tr. 5. res. 36. sed postea contrarium docet Auctor p. 5. tract. 7. res. 6. Qui tamen venderet coactus metu mortis excusaretur. Valent.

lent. & alij 3. *ibid. ref. 36.*

9 Amasio pingere imaginem concubinæ, posset ex gravi causa esse licitum, qualis tamen non est amissio lucri ex illâ picturâ, sed metus mortis, vel vulneris. Sanchez & alij 2. p. 5. *tr. 8. 7. resol. 5.*

10 Ad euitandum valdè graue damnum, possent famuli deferre ad concubinam heri litteras amatorias, etsi contineant verba turpia; quia id non videtur intrinsecè malum. Item domino volenti ascendere per fenestram ad fornicandum, pedem sustinere, vel scalam apponere. Imò & concubinam in domum heri deducere, vel etiam portare. Castro P. & alij. sed sola communis ratio famularum ad illa excusanda sufficiens non est. *ib. ref. 27. 28. & 29.*

11 Licet meretrici domum locare etiam sine peculiari causâ; nisi fortè ratione situs maiorem præberet occasionem peccandi. Sanchez & alij 10. Imò & maiori pretio potest illi locari quam aliis; quia per hoc domus vilescit. *ibid. ref. 26.*

12 Non est peccatum veniale inspirationibus diuinis ad consilia exhortationibus non respondere. Obistere autem in spi-

spira
casic
est p
ne p

1 A

feste

in q

tent

anni

ceda

prob

port

trah

tract

Sanc

quia

patr

que

niur

gun

enim

miru

riun

ibid.

2 I

sui t

in spi-

spirationi diuine, quando offertur occasio violandi aliquod præceptum, nõ est peccatum distinctum à transgressione præcepti. Sanchez. p. 3. tr. 4. ref. 52.

Peregrinus.

1 **A**Duenæ & peregrini non obligantur ad ieiunia, obseruationem festorum, & consuetudinum locorum in quibus versantur, nisi habeant intentionem manendi ibi pro maiori anni parte; aut nisi transgressio legum cedat in damnum illius loci, vt si lex prohibeat frumenta ex illo loco exportari. Tenentur etiam aduenæ, si cõtrahunt ibi, seruare solennitates contractuum iuxta consuetudinem loci. Sanchez & alij. p. 1. tr. 10. ref. 13. & 15. Et quia absentes non tenentur legibus suæ patriæ; quãuis ex peculiari lege vtriusque loci indictum sit festum, vel ieiunium, ipsi tamen non obligantur. Fagund. Idem dicendum de vagis; cum enim nullibi hæreant, non debet esse mirum eos nullis statutis particularium locorum teneri. Lessius & alij. *ibid* ref. 14 & 16.

2 Potest peregrinus vti indulgentiã sui territorij, si in loco vbi moratur ser-

uatur ius commune quoad ieiunium; licet enim hoc priuilegium videatur locale, tamē qui breui tempore absunt, in iure habentur pro presentibus. Sanchez. p. 3. tr. 1. ref. 120.

3 Peregrini non obligantur excomm. aut censuris locorum per quæ transeunt; quia potestas iurisdictionis tantum se ad subditos extendit. Ita excommunicatio lata contra eos qui sciunt aliquod furtum, seu delictum esse commissum, non ligat transeuntes. Coninc & Layman. *ibid.* ref. 73.

4 Qui transit per monasterium (v.g. D. Benedicti, aut Dominici) quod non utitur Missali Rom. potest celebrare iuxta Missale illius loci. Præposit. p. 4. tr. 4. ref. 95.

5 Qui iter faciens per aliam diœcesim absoluitur à peccato, quod non est ibi reseruatū, in suâ autē diœcesi est reseruatū, validè est absolutus: quia tunc censetur incola illius diœcesis. Quod tamen intellige, quando iter non suscipitur in fraudē legis, eâ solū de causâ, vt possit aliis cōfiteri. Suar. & alij 3. p. 2. tr. 17. ref. 56. Est tamen probabile valere confessionem, et si quis eo animo proficiscatur. Pontius p. 3. tr. 6. ref. 28.

Pœ-

Pœna.

1 **L**ex pœnalis non obligat ad pœnã lubeundam ante iudicis sententiam, nisi clarè appareat talè esse mentem legislatoris. Layman & Malder. Neque tenetur ad restitutionem qui est in causã, ne quis persoluat eã pœnam. Secus tamen sentiendum de pœnis in testamento appositis. Et sic femina cui relictum est legatum si castè viuat, non potest legatum recipere, si turpiter viuat. Vasq. & alij 4. p. 1. tr. 10. ref. 23.

2 Quando alicui operi annexa est pœna inhabilitatis ad officia, vel beneficia, incurritur ipso facto ante iudicis sententiam. Medin. & alij 4. Contrarium tamen est probabile. Sanchez & alij 5. p. 4. tr. 4. ref. 26. Sicut nec incurritur priuatio vocis actiuæ, vel passiuæ. Molina & alij 5. p. 1. tr. 10. ref. 24.

3 Quando in iure, vel Bullã fertur pœna priuationis vocis, debet intelligi de solã actiuã. (Garz. & Castro P.) quando verò statuitur pœna priuationis Officiorum, dignitatum, &c. intelliguntur gradus honorifici cum superioritate, non autem Magister Nouitiorum, Mi-

nistri, Consultores, Admonitores, Concionatores, Lectores Theologiae, &c. nec incurriturea pœna ante sententiam criminis declaratoriam. Sanchez & alij 2. p. 5. tract. 13. ref. 91. & p. 4. tr. 4. ref. 224.

4 Lex pœnalis non est ex identitate rationis extendenda ad alios casus, etiam si in his concurrat maior ratio, vel malitia ipsius actus. Salas & alij 3 p. 1. tr. 10. ref. 26.

5 Quando dubitatur, an lex aliqua statuens excomm. suspensionem, vel irregularitatem, sit vsu recepta, potest præsumi non recepta: quia lex pœnalis est odiosa. (Azor. & alij.) Et in dubio an censura sit lata, vel ferenda, præsumitur ferenda. Hurtad. & alij 2. p. 4. tr. 3. ref. 14. & 16.

6 In dubio siue iuris, siue facti, nemo censendus est excommunicatus, suspensus, vel interdictus. (Sanchez & Laym.) Ac propterea tunc non est alter vitandus; fieret enim illi iniuria, cum in dubio melior sit conditio possidentis. Filiucius & Hurtad. *ibid.* ref. 35. & 71.

Pœnitentia Sacramentalis.

- 1 Liberum est Confessario pœnitentiam sacramentalem imponere ante, vel post absolutionem; quamvis enim consuetudo ferat ante imponi, hæc tamen nullam induxit obligationem. Ochagau *p. 5. tr. 13. res. 36.*
- 2 Ne Confessarij scrupulis angantur in pœnitentiis imponendis, post absolutionem addant illam clausulam; *quidquid boni feceris & mali sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum:* quia hæc sic applicata, rationem habet satisfactionis Sacramentalis. Homobon. & alij. fateor tamen contrariam sententiam esse probabiliorem. *p. 3. tr. 4. res. 97. & p. 6. tr. 7. res. 5.*
- 3 Posse Confessarium imponere pœnitenti in satisfactionem Sacramentalem, opus pœnale applicandum pro animabus Purgatorij, vel orationes pro illis recitandas, affirmat Turrian. negat Sancius. *p. 3. tr. 4. res. 54.*
- 4 Etsi Confessarius sponte omitteret imponere pœnitentiam ob peccata venialia, non peccaret mortaliter. Lugo. Cùm verò scrupulosus aliquis sapius intra eandem horam ad confes-

tionem redit, & semper aliquid noui
confiterur, non est necessariò noua
semper pœnitentia imponenda. Bona-
cin. & alij 2. p. 6. tract. 6. ref. 44. & 11. 7.
resol. 6.

5 Pœnitentia non debet necessariò
à Confessario imponi sub obligatione,
sed sufficienter est Sacramentalis, si im-
ponatur per modum consilij. Suarez
& alij 4. Neque requiritur semper ut
iniungatur aliquod opus in particula-
ri, præsertim personis spiritualibus, sed
sufficit si dicat: *impono tibi pro pœniten-
tiâ quidquid hodie, vel hac hebdomadâ
boni feceris, vel mali passus fueris.* Suarez
& alij 4. Potest etiam de licentiâ Con-
fessarij pœnitentia iustam ob causam
impleri per alium. Suar. & alij 5. p. 4.
tr. 4. ref. 241. & p. 3. tr. 4. ref. 82.

6 Potest aliquando opus alioqui præ-
ceptum iniungi in pœnitentiam. Sua-
rez & alij 7. Si tamen Sacerdos iniun-
git pœnitenti ieiunium absolutè, non
satisfacit pœnitens per ieiunium ab
Ecclesiâ indictum; nisi aliud ex verbis
Confessarij colligi possit. Coninc &
alij 2. Cui verò impositum esset toto
mense Sacrum audire, non teneretur
diebus festis audire duo. Sanchez &
alij

alij 2.
& p. 5
7 Po
niten
muni
get S
8 P
tenti
fario
Suar
Nau
tr. 15
gent
plere
posi
tuti
lij p.
9
imp
rela
imp
ad
dar
nec
ten
rur
10
po
tio

alij 2. p. 4. tr. 4. ref. 241. & p. 3. tr. 4. ref. 84.
& p. 5. tr. 14. ref. 61.

7 Potest Confessarius iniungere pœnitenti pro pœnitentiâ, vt à sacrâ Communionē abſtineat. Salazar. etſi id neget Sancius. p. 3. tr. 4. ref. 115.

8 Pœnitens nolens acceptare pœnitentiam ſatisfactoriam, ſibi à Confessario iniunctam, non eſt abſoluendus. Suarez, & alij 17. etſi contrâ ſentiat Nauar. & alij 10. *ibid.* ref. 51. & p. 2. tr. 15. ref. 52. Qui tamen lucratur indulgentiam plenariam, non tenetur implere pœnitentiam à Confessario impositam, niſi ſit medicinalis, ſed tamen tutius ſemper impletur. Tauner. & alij p. 5. tr. 12. ref. 3.

9 Pœnitentiam etiam medicinalem implendam ſub conditione, ſi iterum relabaris, nec acceptare teneris, nec implere, modò aliis remediis vtaris ad prauam conſuetudinem ſuperandam: quia Confessarius nec iudex, nec medicus eſt peccatorum committendorum, ſed iam antè commiſſorum. Caſtrop. & alij. p. 6. tr. 7. ref. 49.

10 Qui fecit opus à Confessario impositum in pœnitentiam, cum intentione tamen hanc non implendi, non

te-

tenetur denuo idem facere: Sanchi & Lugo *p. 6. tr. 6. res. 43.* *11* Qui habuit septem Psalmos pro pœnitentiâ recitandos flexis genibus, coram Crucifixo, satisfacere recitando sine illis circumstantiis; eo quòd sint quid accidentale; docet Vegha. Sed quomodò non sunt quid substantiales? facilius enim aliqui recitabunt bis septem Psalmos, quàm semel flexis genibus *p. 3. tr. 4. res. 55.*

12 Qui non adimplet pœnitentiam tempore à Confessario præfixo, ex negligentia, peccat venialiter; sin iustâ de causâ differat, non peccat. Sancius. Sed quamvis præfixum tempus sit elapsum, debet adhuc impleri; quia primariò intenditur ipsum opus in satisfactionem, vel medicinam, nisi aliud constet de intentione Confessarij. *ibid. res. 92. & 100. & p. 5. tr. 13. res. 37.*

13 Qui leuem pœnitentiam, vel etiam grauem, ob sola tamen venialia, vel mortalia aliàs confessa impositam culpabiliter omittit, non peccat mortaliter: nisi ex illâ omissione sequatur periculum mortaliter peccandi. Layman & alij. Quod verum est etiamsi Confessarius intenderet grauiter obligare.

Suar.

Suar
cius
tr. 5.
14
facti
to:
imp
nit
ti, se
tâ es
nec
m
iam
sua
alij
&
15
iux
mi
ext
po
16
cat
git
reg
res
17
pr
et

Suar. & alij 3. licet contrà sentiât San-
cius & Præpos. p. 3. tr. 4. ref. 102. & p. 5.
tr. 5. ref. 31. & p. 6. tr. 6. ref. 44.
14 In Sacramento Pœnitentiæ satis-
factio causat gratiam ex opere opera-
to: neque peccat mortaliter qui illam
implet in statu peccati, quia non po-
nit obicem effectui essentiali Sacramen-
ti, sed tantum perfectioni, & integra-
ti effectus. Vasquez & alij 5. imò fortè
nec venialiter. Lugo. quavis com-
muniter contrarium sentiant. Sed et-
iam si impleta habet nihilominus
suum effectum ex opere operato. Vasq. &
alij 2. p. 3. tr. 4. ref. 70. & p. 4. tr. 4. ref. 241.
& p. 5. tr. 13. ref. 38. & p. 6. tr. 6. ref. 45.
15 Pœnitentiâ à Confessario taxata
iuxta gravitatem peccatorum, & non
minorata ob fragilitatem pœnitentis,
extinguit totum debitum pœnæ tem-
poralis. Hurt. & alij 5. p. 5. tr. 13. ref. 38.
16 Satisfactio sacramentalis in pec-
cato facta, reuiviscit cum homo resur-
git per contritionem, & cum sit pars in-
tegrans Sacramenti pœnitentiæ. Sua-
rez & alij 7. p. 3. tr. 4. ref. 85.
17 Pœnitens potest auctoritate pro-
pria commutare pœnitentiâ satisfac-
toriam sibi à Confessario impositam,
in

in aliud opus euidenter melius. Villalob & alij 2. Sed contrarium est probabilius. Potest etiam quilibet Confessarius ex iustâ causâ commutare pœnitentiam, etiam si fuerit ab alio data ob peccata reseruata. (Valq. & alij 2.) etiam non repetitâ priori confessione (Tolet. & alij 14.) modo id faciat in confessione, & non extraneis ab eodem Confessario pœnitentiâ commutaretur, etsi ad summum intra hebdomadam pœnitens rediret, quia in hoc casu tenetur adhuc eidem iudicium; Henric. & alij 4. Imò etsi post tempus quantumlibet longum. Lugo. Item potest alter Confessarius ex rationabili causâ pœnitentiam etiam præseruativam in aliam præseruativam commutare. Bonacina non potest tamen permittere ut elemosyna debita applicetur ipsi pœnitenti; quia tunc non est elemosyna; Sanchez vtriusque lib. 4. res. 53. & 137. & p. 2. tr. 15. res. 53 & p. 5. tract. 8. res. 37. & tr. 14. res. 73. & p. 6. tr. 6. res. 46. 28. Qui singulis diebus ex deuotione recitat Officiû B. Virginis, si habuit pœnitentiam recitandi quotidie per annum coronam eiusdem B. Virginis, non satisfacit huic pœnitentiæ per recita-

citâ-

citâ
enim
illam
cui sa
iunct
senten
uis c
p. 3. 27

F
ellet
in
Caro
num
fit p
ipsis
fia i
res. 7
2. I
dina
bus
trad
P. j
tem
in c
able

recitationem supradicti officij : neque enim potest pœniteni constare, an per illam recitationem satisfaciatur pœnæ, cui satisfacit opus per pœnitentiam iniunctum. Navarr. & alij 4. Et ab hac sententiâ non est recedendum, quamvis contraria sit probabilis. Bonacin. p. 3. tr. 4. res. 106.

Pontifex Rom.

1. Electio Pontificis spectat ad solos Cardinales, quamvis congregatum esset generale Concilium, sed hoc potest in casu particulari eam potestatem Cardinalibus adimere, ad Ecclesiæ bonum. Azor. & alij. Quamvis autem non sit per se necessarium ut eligatur ex ipsis Cardinalibus, usus tamen Ecclesiæ id habet. Suarez & alij. p. 5. tr. 2. res. 73. & 63.

2. In electione Pontificis omnes Cardinales habent suffragium etiam quibus galerus & insignia nondum sunt tradita, vel os apertum est. ex decreto P. j V. & Gregorij XV. Quamvis autem duo solum Cardinales remanerent in conclavi, reliquis vel mortuis, vel absentibus, possent adhuc eligere Pontificem,

tificem, imò et si vnus tantùm: non posset tamen hic eligere seipsum, nisi per modum compromissi nomine totius sacri Collegij potestatem eligendi committendo alicui alteri, qui ipsum tunc eligeret. Salas & alij. *ibid. ref. 74.*

3. Quamuis Pontifex eligeretur ante definitum spatium expectationis decem dierum, valida esset electio, modò eligeretur à duabus tertiis omnium Cardinalium: vltra decem verò dies non rementur expectare Cardinales absentes. Azor. & alij 2. *ibid. ref. 75. & 76.*

4. Quando sufficientia data sunt suffragia pro electione minùs digni in Papam, possunt reliqui sine peccato pro eodem suffragium ferre. Villalob. & alij 4. Imò sic electus non peccat acceptando Papatum. Sotus & Turrian. *ibid. ref. 85.*

5. Papa tenetur etiam sub mortali ad confessionem annuam, horas canonicas, ieiunia, & similes leges. Bonacin. & alij. quamuis alij id negent. Præpos. & alij p. 6. *cap. 7. ref. 3.*

6. Potest Pontifex Principibus Christianis donare occupandas Infidelium terras, etiam quæ numquam à Christianis

nis
ibid
7
stia
nor
tam
tur
tem
nég
rale
laic
iust
pisc
17.2
8
fia
nec
Sur
con
de
& a
int
lum
re. S
circ
Mo

nis possessiæ fuerunt. Salorzan. & alij 7.
ibid. tr. 4. ref. 18.

7 Summus Pontif. in toto orbe Christiano potestatem seu iurisdictionem non habet directè in temporalia; ex vi tamen Pontificij muneris, vt defendatur Ecclesia, habet sufficientem potestatem indirectè super omnia sæcularia negotia in ordine ad finem supernaturalem. Suarez & alij 17. Vnde potest laicos eximere à potestate sæculari, ex iustâ causâ, vt fecit in familiâ laicâ Episcoporum. *part. 1. tr. 2. ref. 122. & p. 6. tr. 2. ref. 7.*

8 Quando oritur grauis controuersia inter duos Christianos Principes, nec vllus est arbiter, potest & debet Summus Pontifex, vt obuiam eat incommodis contra bonum spiritale inde nascituris, de eâ cognoscere. Molin. & alij 6. *p. 1. tr. 2. ref. 124.* similiter potest interdum alicui Principi vetare ne bellum gerat, & ab eo per excomm. terre. Suar. & alij 5. sed hoc cum magnâ circumspectione faciendum norant. Molin. & Villalob. *p. 6. tr. 4. ref. 2.*

Prelatus Relig.

- 1 **S**urdus, mutus, & cæcus sunt ineligibiles ad prælaturas. *p. 5. tr. 6. ref. 10.* Item Regulares puniti ab Inquisitoribus (pœnitentiis salutaribus exceptis) nec possunt rehabilitari nisi à Papâ, vel ab Inquisitoribus sacre Congregationis. Barbof. & alij 3. ex decreto Urbani VIII. *p. 4. tr. 5. ref. 48.*
- 2 Infans baptisatus è quocumque genere sit natus, si postea factus est religiosus, potest sine vllâ dispensatione ad Prælaturas promoueri. Peirin. & alij. *p. 6. tr. 7. ref. 1.*
- 3 An expediat Generales Religionum esse perpetuos necne, in vtramque partem disceptari potest *p. 3. tr. 2. ref. 124.*
- 4 Regulares tenentur ad prælaturas eligere digniores; idemque est de Generali, si ad hunc solum spectat electio: quia Prælaturæ regulares sunt beneficia ecclesiastica curam animarum habentia. Turrian. & alij 4. Etsi Filliuc. & alij 2. contrarium probabile putent. *p. 2. tr. 15. ref. 61. & p. 5. tr. 14. ref. 11.*
- 5 In Religionibus ante electionem Prælatorum, haberi possunt tractatus consultorij, vt sciatur quis sit dignior,
vel

vel dignissimus; non autem ambitiosi,
pactionales, conditionales, &c. *part. 2.*
tr. 16. ref. 35.

6. Prælati Regulares qui non sunt e-
lectiui, possunt amoueri à suis prælatu-
ris ad libitum suorum Superiorum, et-
iam sine causâ; non tamen accusatio-
ne, & inquisitione contra ipsos pen-
dente. Riccius & alij. *p. 3 tr. 2. ref. 117.*

7. Prælati Regulares tenentur corri-
pere peccata etiam venialia subdito-
rum, ne disciplina Religiosa collaba-
tur. Villalob. & alij 3. imò tenentur ex
iustitiâ ad correptionem. Hurtad. &
Coninc. etsi contrarium probabile sit.
ibid. ref. 38. & p. 5. tr. 14. ref. 95.

8. Prælati Regulares potest ac debet
inquirere in peccata occulta subdito-
rum, vt illa fraternè corrigat, modò
absit nimia sollicitudo. Non tamen li-
cet priuato Religioso inquirere in vi-
tam fratrum, vt illos fraternè corrigat.
Lorca. p. 3. tr. 2. ref. 42.

9. Superiores regulares non curantes
statis diebus legi super mensâ decreti
Vrbani Vili. de celebrat. Missarum,
non incurrunt in pœnam priuationis
voci actiuæ, & passiuæ, si curent illa
legi paulò post Peyrin. *p. 5. tr. 14. ref. 15.*

10 Possunt Prælati Regulares commutare, & dispensare vota Nouitiorum, (Sanchez & alij 6.) item absoluerе suos subditos à casibus Bullæ Cœnæ. Suarez & alij 4. Itemque malè promotos ad Ordines, siue ante legitimam ætatem, siue per saltum, &c (Portel.) Item dispensare votum de transfereudo ad Religionem strictiorem. (Suarez & alij 3.) non possunt tamen dispensare super infamiâ iuris publicæ. Portel. p. 3. tr. 2. ref. 71. 72. 85. & 91. & p. 5. tr. 14. ref. 91.

11 Prælati Religionum possunt benedicere paramenta Ecclesiarum, etiam externarum. Rodriquez & alij 3. p. 3. tr. 2. ref. 40.

12 Superiores Regulares non possunt aliquid vetare sub pœnâ excomm. sibi reservatâ: Quia ex Decreto Clementis VIII. omnis reservatio illis interdicta est; aliàs enim ratione censuræ illud peccatum maneret reservatum. Sanch. & alij 4. *ibid* ref. 49.

13 Non potest Prælatus in communibus tantùm necessitatibus pauperum, expendere in eleemosynas omnia superflua ex redditibus monasterij: sed ex his augere debet, vel perficere monasterium,

rium, aut eius reditus, ut plures possit alere Suarez & Peyrin. p. 5. tr. 8. ref. 33.

Præscriptio.

1 **Q**uando quis legitimè iuxta leges possessionem alicuius rei præscripsit, potest eam tutâ conscientiâ retinere, etsi postea cognoscat fuisse alienam p. 6. tr. 7. ref. 12.

2 Contra Ecclesiam Rom. non valet præscriptio nisi centum annorum: sicut nec contra supremos Principes, vel Reges. Menoch. & alij. *ibid* ref. 8.

Præscriptio.

1 **P**riuilegium concessum non subdito, non est amplius reuocabile. Suarez & Pontius. Talia autem sunt quæ à Principibus sæcularibus conceduntur Ecclesiasticis p. 4. tr. 1. ref. 82.

2 Potest Pontifex reuocare quælibet priuilegia antè concessa, etsi sint remuneratoria. Sousa. p. 1. tr. 2. ref. 6.

3 Concordata Pontificis cum Rege aliquo, sunt priuilegium reuocabile. Suar. & alij 2, an verò sint per Bullam Cœnæ reuocata, in vtramque partem à DD. disceptatur. *ibid*. ref. 96.

4 Sub generali communicatione pri-

uilegiorum quæ fit Ordinibus Religio-
fis, non veniunt altaria priuilegiata:
quia per generalem communicatio-
nem non conceduntur priuilegia ex-
orbitantia, & quæ rarò concedi so-
lent. Tamburin. & Meroll. *part. 6. tr. 7.*
ref. 39.

5 In dubio an priuilegium aliquod sit
reale, an personale, si est fauorabile,
quia nec iuri communi, nec alicuius
particulari contrarium; censendum est
reale, & extendendum: sin contrà,
censendum est personale & restringen-
dum. Suarez & Pontius. *p. 4. tr. 3. ref. 51.*

6 Priuilegium in corpore iuris inser-
tum non comprehenditur in generali
derogatione priuilegiorum. Suarez &
alij *23. p. 3. tr. 2. ref. 1. & p. 5. tr. 13. ref. 93.*
& p. 6. tr. 2. ref. 8.

7 Bulla Urbani VIII. remocans viux
voci oracula, non tollit priuilegia Re-
gularibus sic concessa ante Greg. XIII.
quia hic ex certâ scientiâ illa confir-
mauit. Psyrin. *p. 6. tr. 14. ref. 17.*

Promissio.

1 Simplex promissio etiam accepta-
ta, non obligat in conscientiâ;
quia

quia non est pactum quod obliget ex iustitiâ. Henric. & alij 5 p. 2. tr. 17. ref 9. Est tamen probabile promissionem etiam internam in conscientia obligare: nam per actum interiorem, ut probabilis fert opinio, potest transferri dominium. Sanchez & alij 4. p. 3. tract. 5. ref 116.

2 Qui iuravit meretrici dare 100. aureos pro actu fornicario, non tenetur, nisi ad eam partem quam eius conditionis homines solent similibus solvere: quia promissio prodiga etiam iuramento firmata, obligat solum ad quantitatem in qua nulla est prodigalitas. Bannez & alij 6. p. 4. tr. 4. ref 27.

3 Iuramentum additum sanctæ promissioni non inducit veram obligationem. Ochagau. p 5 tr. 14. ref. 34.

R

REGVLARES.

1 Equites D. Ioannis, D. Iacobi, Calatrauz, Alcantaræ, &c. cum sint verè Religiosi, possunt confiteri Confessario non approbato per Episcopum. Sancius. Sed contraria est consuetudo.